

missis, signis, vel ex Confessarii iudicio sufficienter scit se esse scrupulosum, prudenter contra scrupulum agit; imo illum debet firmiter contemtere, & resolute ac intrepide contra eum operari, ut satis constat ex ratione promissa: eo maxime quia maior est scrupuli materia scrupulosi non resistere. Nec scrupulosi excludit iudicium practicum probabile, aut certum, quod contra eum sit operandum. Et tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam rectam, non ratione sui directe considerata, sed ratione ultimi iudicii practici supra illam reflexi; quo scrupulosi patiens iudicat, licite & prudenter suam conscientiam scrupulosa cogitant, esse firmiter contemendam, & contra eam operandum; quod iudicium practicum est rectum, & moraliter certum; adeoque dicitur conscientia recta, & dictamen prudens contra imprudens.

137 Si probabiliter iudicetur esse scrupulosi, necne; tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam probabilem, adeoque est uti de ea discurrendum.

138 Demum, qui est ita perplexus, ut utrumque oppositorum iudicet esse peccatum, & non cognoscit esse scrupulosi, vel quia non habet, quem consulat, vel quia ignorat praefata remedia, vel quia est ita scrupulosus, ut iis non obstantibus, adhuc maneat dubius, an id scrupulosi sit, necne, ac proinde se resolvere nesciat: tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam dubiam, adeoque est uti de ea discurrendum, ut a n. 17. Debes igitur eligere id, quod minus tibi obligare videtur. Quod si neque valeas discernere, quod ex duobus appareat minus, tunc potes eligere, quod vis, quia cum necessarium sit rem facere, vel omittere, ex necessitate peccares; quod implicat: v. m. 31. & 70.

139 Ceterum praemissa doctrina ac rationes sunt tantae virtutis, & claritatis, ut minime versutiles sit, quod intellectus iis attentus non valeat faciliter per se resolvere, nisi dicas eum rationis expertem.

140 De conscientia tractant Scotus in d. 2. 39. q. 2. Mastrius in Theol. mor. disp. 2. Butemb. l. 1. tr. 1. Diana p. 2. n. 13. p. 4. n. 5. & alibi, Bonae. to. 2. a. p. 148. Tamb. to. 1. l. 1. c. Cardenes de dubio, & opinione probabili. Castrop. to. 1. tr. 1.

CAPUT II.

DE LEGIBUS, ET PRÆCEPTIS IN GENERE

Regula externa actuum humanorum.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT LEX.

141 **L**ex est voluntas eius, qui praesertim populo debet promulgata, cum intentione obligandi subditos.

142 Dividitur in naturalem, & positivam. Naturalis est voluntas Superioris praecipiens, vel prohibentis id, quod iudicatur habere convenientiam, aut inconvenientiam ex propria natura terminorum; quae prout est in mente divina, dicitur lex aeterna; prout autem in feritur nobis per lumen naturale, dicitur lex naturalis. Positiva est voluntas Superioris praecipiens vel prohibentis id, quod ipse iudicat habere convenientiam aut inconvenientiam ex natura propria terminorum. Quae si est voluntas Divina, dicitur lex positiva divina; si humana, dicitur lex positiva humana.

143 Unde lex positiva à naturali differt, quia in naturali obiectum ex se, & ab intrinseco habet, quod sit conveniens, aut disconveniens, bonum, aut malum. In lege vero positiva obiectum solum à voluntate Superioris habet, quod sit conveniens, aut disconveniens, & quod sit obligans. Hinc lex naturalis est indispensabilis; talis est praecipiens amorem Dei, & veracitatem, prohibens vero odium Dei, & mendacium; quia amor, & veracitas sunt ab intrinseco bona, odium Dei, & mendacium ab intrinseco mala, ita ut Deus non possit mendacium praecipere. Lex vero positiva est dispensabilis, sive Divina sit, ut lex quadragesimalis ieiunii, sive humana de ieiunio vigiliarum, & quatuor temporum. Inde necessario debuit Deus prohibere mendacium, libere tamen potuit non prohibere esum carniarum, & non praecipere quadragesimale ieiunium, & sic esus carniarum est malus, quia prohibitus; mendacium vero est prohibitum, quia malum.

144 Lex igitur positiva humana est voluntas Superioris humani debite promulgata, cum intentione obligandi, non praesupponens iudicium de convenientia, aut disconvenientia rei ex natura terminorum.

145 Haec alia est Ecclesiastica, quae est à Superiore Ecclesiastica; alia secularis, quae à Superiore seculari.

Quat-

146 Quando lex civilis opponitur canonica, observanda est canonica; quia Ecclesia abrogare potest leges civiles, non è contra.

147 Subiectum legis est homo subditus, rationis capax. Hinc infideles non ligantur legibus Ecclesiasticis, quia non sunt subditi Ecclesiae; bene vero legibus naturalibus, & Divinis.

DE OBLIGATIONE LEGIS.

148 **U**lex obliget, s. requiruntur conditiones, i. ut sit à Superiore, 2. iusta, 3. ob bonum publicum, 4. debite promulgata, 5. & acceptata: v. n. 193. 199.

149 Ut obliget sub mortali, & materiae duo simul, legislatoris intentio, & materiae capacitas. Hinc potest rem gravem sub levi culpa praecipere, minime rem levem sub gravi: v. tom 2. p. 3. n. 12.

150 Lex positiva humana, tam Ecclesiastica, quam secularis, potest in conscientia obligare, ex illo Pauli cir. n. 42.

151 Debent tamen Superiores esse moderati, & non faciles in multiplicandis legibus praecipiens sub mortali obligantibus, ac proinde in mente habeant illud Matth. 25. *Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt ea humeris hominum, digito autem suo volunt ea movere.* Et D. Th. p. 2. q. 107. art. 4. apud Tamb. in Met. Missae l. 1. §. 8. n. 15. *In quibus quidem legibus humanis etiam Augustinus Epist. 119. cap. 19. ait, moderatorem accedendam, ne conversato fidelium consilio reddatur: & infra: Qui Religionem nostram servatibus promittit oneribus, ad ea ut tolerabilior sit conditio iudiciorum, qui legalibus fasciis, non bonis fructibus subducuntur.* D. Ambr. in Pf. 118. *Sunt etiam in subis, qui habent irmorem Dei, sed non secundum scientiam, statuentes duriora praecpta, quae non possunt humana conditio sustinere: v. de castibus reservati.*

152 Qui scit legem prohibentem, sed non poenam, in foro exteriori obligatur ad illam, nisi faciat constare ignorantiam.

153 Regulae, & Constitutiones Religionum non obligantes ad peccatum, non sunt leges proprie dictae.

154 Lex non prohibens actum, sed solum irritans, non ligat ad culpam; unde non peccat, qui professionem, aut matrimonium gravi metu iniit, licet sint irrita. Item non peccat filia renuncians hereditati paternae, nec uxor alienans fundum dotale de licentia mariti; & tamen hi contractus irritantur. Leges enim hoc contractus irritantes sunt conditae in favorem. Mendio, ver. lex n. 24.

DECRETUM IRRITANS

155 **A**ctus ignorantes quoad nullitatem actus, iuxta dicta de imped. matrim. minime quoad poenas. Fagnanus in 1. lib. Decr. in cap. Non sine, de Arbitr. n. 51. Donatus tom 1. p. 1. tr. 9. Clausula 12. n. 12.

156 Particulae irritantes sunt: *Inane, Nullum, Irritum, Invalidum, &c.* sit aliter congerit utentari, fieri, &c.

QUERES.

157 *An haec clausula: aliter fieri non possit: sit irritativa?*

Non esse irritativam tenent plures apud Pelliz. quia potest habere bonum sensum, videlicet: *aliter fieri non possit licite; & odia sunt retinenda.*

Dico rectius cum Fagnano in l. 1. Decr. è causa 8. de electione n. 20. ad 34. regulatè esse irritativam; esse autem solum illicitivam, quando aliter resultaret sensus absonus legis.

Prima pars probatur; quia per talem clausulam non solum prohibetur actus, sed admittitur potestas, & facultas ad actum; nam particula *non*, cum sit malignantis naturae, quidquid post se invenit, destruit; unde appollita supra *vi potest*, destruit potentiam, adeoque reddidit rem de jure impossibilem, & inde actum nullum.

Secunda pars probatur; quia leges non patiuntur clausulam ipsi dissonam. Et tunc est, quando ex verbis legis colligeretur, eam velle actum stare; & tunc *vi non possit* aequivaleret *vi non debeat*.

158 Declarat Fagnanus exemplum: In Bulla enim Greg. XV. *Aeterni Patris Filius, &c.* pro electione Summi Pontificis, inter alia in §. *Materia itaque*, decretum, *Electorem aliter fieri non posse, quam in Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum prima die sacrosanctum Missae solitum Sacrificium.* Et tamen Missa celebratio non requiritur ad valorem; nec id intendit Pontifex: nam infra in §. *Quod selectio*: ubi ponitur forma electionis cum clausula decreti irritantis, praefatum requisitum non reperitur: ex quo clare colligitur, Pontificem non appopuisse illam clausulam fieri non posse, pro forma decreti. Ita Fagnanus.

STYLUS CURIE

159 **M**agnam facit auctoritatem, sed non obligat ubique, nisi fiscalia Constitutione Papae roboratur. Mendio cir. nu. 57. Et specialiter id docet Donatus, tom. 1. p. 1. tr. 13. q. 17. n. 26. de stylo Curiae.

B 4

ria, seu Pœnitentiariæ absolvendi, & dispensandi cum Religiosis, in casibus, super quibus ex privilegiis possunt Superiores Regulares, dicens, id fieri ad majorem cautelam, vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat.

P U E R I

Ante usum rationis, qui communiter est post septennium, nullis ligantur legibus. Post usum vero rationis obligantur præceptis naturalibus, Divinis, & Ecclesiasticis, *confitendi semel in anno, abstinentiæ à carnibus, ovis, & lacticiis diebus vetitis, &c. Vide de casibus reservatis, & de excom.

LEGISLATOR.

LEges, quæ æque congruunt legislatori, & subditis, etiam legislatorum, seu Principum obligant, non vi coercitiva, & quoad poenam, sed vi directiva, & ad culpam, ex vi juris naturalis, quod caput debet se conformare cum membris, & suo exemplo subditos ad observantiam promovere; nisi secum dispense, aut facultatem secum dispensandi alteri deleget, sicut potest cum subditis. *Mendo cit. n. 24.*

V A G I

Oui scilicet nullibi domicilium habent, tenentur legibus specialibus loci, ubi sunt, alias nullis legibus locabilibus ligantur. *Mendo.* Unde cum illis potest Superior loci dispensare, cum alium Superiorem non habeant. *Busemb. lib. 1. tit. 2. cap. 2. dnb. 3.* cum pluribus negat, vagos ad illas teneri, quia non sunt subditi; nec (ait) est absurdum, quod nullis specialibus locorum præceptis, sed solum juris communis tenentur.

ADVENÆ, PEREGRINI, ET VIATORES.

SI non venerit animo habitandi majori parte anni, sed recedendi, non obligantur legibus, & consuetudinibus specialibus loci, nisi non observando generat scandalum; & sic, si adit ibi præceptum jejunii, abstinentiæ à carnibus, &c. non peccat non jejunando, & comedendo carnes, nisi scandalum causent. *Fagnanus in lib. 3. de ec. Constitum 2. de observ. jejuniorum, cum pluribus, v. de casibus reservatis.*

Nec tenentur ad leges locales sui domicili, dum transeunt per loca, ubi illæ non observantur; quia sunt leges affixæ loco. *Alloza ver. lex, cum Suarez 3. p. 9. 24. ar. 8.*

164 Loquendo autem de legibus, & præceptis communibus, alio modo est discurrendum: unde ait Busemb.

Si domi tunc consuetudine derogatum sit alicui

præcepto juris communis, & alio venias, ubi illud viger, eodem obligaberis. Ratio est, quia lex juris communis est universalis, & obligat omnes sine ordine ad locum.

Adducit exemplum. Si Hispanus transeat per Galliam, aut Mediolanensis transeat Romanam, non potest illi ibi Sabbatis vesci intelligentis animalium, ut in Hispania: nec iste primus quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes, uti Mediolanensium: quia privilegium illud non est personale, sed locale, & jus commune de abstinentiæ à carnibus illis diebus, obligat omnes sine ordine ad locum.

E contra civis Galliarum, si transeat per Hispaniam, & civis Romanus Mediolanum, potest ille Sabbatis intelligentis animalium vesci, & iste potest primis quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes, quia tunc valet privilegium locale, quo frui possunt omnes, qui in loco morantur: unde Peregrini non tenentur præceptis juris communis. si non sint in usu in loco, ubi morantur. Ita Busemb. & Mendo.

C L E R I C I

Tenentur servare leges civiles, quæ non sunt contrariæ juri Canonico; nam jus Canonice est correctivum juris civilis, in quo adversatur.

R E G U L A R E S

Tenentur servare festa statuta ab Episcopo, ex *Trid. sess. 25. c. 12.* At non tenentur ad recitandum Officium Clericorum. Item tenentur ad vota, & jejunia statuta ab Episcopo; nam cum sint partes populi, tenentur toti corpori se conformare.

167 Non tenentur Mendicantes Synodo Diocesana interesse, nec ejus statutis ligantur; qui celebratio Synodi Diocesana est usus ex actibus jurisdictionis, & auctoritatis ordinariæ Episcopi; Regulares autem Mendicantes sunt exempti à jurisdictione ordinariæ Episcopi, & subduntur Capitulis Generalibus.

Nisi sint Curati, seu Parochi; quia tunc tenentur ratione curæ Parochialis, & ejus jurisdictioni subduntur quoad ea, quæ Parochialem curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, ex *Trid. sess. 25. cap. 13. Fagnanus in 1. lib. de ec. cap. quantum 7. de officio Ordinarii, n. 51.* Et tamen subduntur quoad vim directivam, *Mendo in Epit. ver. lex num. 28. & Alloza ver. lex, sect. 3. n. 3.*

168 Superiores vero, & Religiosi parvorum Conventuum, vocati tenentur Synodo Diocesana interesse, ejusque statuti ligantur; nam ab Innoc. X. 10. Febr. 1654. & Alex. VII. 30. Mar.

16. Martii 1611. jurisdictioni Ordinarii subduntur, ita ut ligentur legibus locorum Prælatorum, & Episcoporum, & ab utriusque visitari, corrigi, & puniri possint, adeoque erga illos jurisdictione Episcoporum, & Prælatorum Regularium sit cumulativa, ut detur locus præventioni.

169 Conventus parvus est ille, in quo actu non degunt de familia sex saltem Religiosi, quorum quatuor sint Sacerdotes. *Innoc. X. cit. & Declar. Sac. Cong. die 29. Nov. 1657. apud Lanuscam ver. Conventus n. 13. & 14.*

SYNODUS PROVINCIALIS

Nil potest statui contra Concilium Generale, & Regularium privilegia. *Fagnanus in 1. lib. in Decr. in c. quod super n. 14. & 28. de major. & obed.*

171 Hæc licet afferre que religiose refert P. Augustin. Matthæucci in relato i. lib. de Exceptione; &c. 2. n. 46. ad 49.

Tandem in quodam Religiose humilitatis, dicendum, quod nunquam Regulares sint exempti à jure jurisdictioni Episcopalis, à jure tamen reverentiali non eximuntur, sed sub mortali ad reverentiam Episcopi exhibendam teneri, tradit Peyr. §. 24. ad Const. 26. Leonis X. incipit, *Dum intra, in qua §. 24. Pontifex ipse sic Regulares alloquitur. Eisdem insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus (hoc est precipimus) ut eisdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti observantia venerentur.*

Et Episcopus monet, -- Ipsos quoque Episcopos hortamur ac per viscera misericordie Dei Nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolæ profectantes, charitative tractent, ac benigne servant, seuque illis minime difficiles, aut duros, vel molestos, sed potius faciles, mitis, propitios, piæque mansuetudine libérales, exhibeant, ac in omnibus prædictis, tanquam in agro Dominico cooperatores, eorumque laborum participes, promptæ benignitate recipiant, eorumque jura omni cum charitate custodiant, atque defendant.

Et Clement. Frequens de excessibus Prælatorum, enunciat viginti gravaminibus illa sit per Prælatos Religiose, §. verum, Episcopos non hortatur, -- sed eis precipit, ut Religiose charitative tractent, & servant, & sua jura, & privilegia inviolabiliter servant.

Quibus, sive Episcopi, sive exemptis, in materia dilectionis substitum, sensum Concilii Generalis Viennens. per infra scripta exhibeo.

Verum, quia una est (sunt verba textus) Regularium, & secularium, Prælatorum, &

subduntur, exemptorum, & non exemptorum universalis Ecclesie, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una Fides, & unus Baptismus, decet ut omnes, quo ejusdem sunt corporis, & unius etiam sint voluntatis, & sicut Fratres ad invicem vinculo charitatis sint adfructi. Docet igitur, ut & Prælati, & alii tam exempti, quam non exempti, suis jurebus suis contenti, & alter in alterius injuriam non profligat, seu justitiam. Clement. al. legata.

172 Insuper fas fit mihi, ut Illustrissimis Præfibus, post eorumdem humillimam sacrarum vestrum deosulationem, proponam verba Fagnani in relato i. lib. Decret. cap. quod super his 9. de major. & obed. n. 29. ut sequitur:

In primis autem dedecet, ea privilegia violari ab Episcopis, quibus Regulares subduntur, & coadiutores existunt in predicatione verbi Dei, in Sacramentorum administratione, & in cæteris, que ad salutem pertinent animarum, ut habetur in cap. Ex auctoritate 16. q. 1. & docet S. Thom. in 2. 2. quest. 187. art. 1. vers. Sed contra; & quest. 188. art. 4. Quapropter Host. c. Inter cætera num. 16. vers. Hodie tamen supra de off. ord. exaggerat valde dolendum, quod Episcopi non agnoscant, Regulares esse Coadiutores suos, adjuvantes Paraclitum providere per Ordines Prædicatorum, & Minorum, licet non omnes capiant verbum istud, cuius dicitur referunt ibidem Joan. Andr. num. 10. vers. dicit demum, & idcirco num. 11. in verb. cooperatores, conquirentes, quod Episcopi nostri temporis edificent parietes, & subtrahant columnas, &c. Gard. n. 3. & Silvest. in ver. Episcopus, num. 12. vers. Decimo queritur.

Q U E R E S I.

173 Quando lex obliget sub mortali.

Certum est 1. nec legem pure directivam, nec omnem præceptivam obligare sub mortali: quia plura videmus in legibus verba præceptiva, quæ solum obligant sub veniali; unde verba præceptiva debent esse talia, ut ex communi sensu ubi arguant intentionem legislatoris de obligando sub mortali. Talia sunt hæc verba: *In virtute Sanctæ obedientiæ, sub observatione divini iudicii, sub indignatione Apostolorum, &c. sub pena maledictionis Dei, sub stricto Dei iudicio, in virtute jurizmandi &c.*

174 Certum est 2. legem latam sub poena excommunicationis majoris late sententiæ obligare sub mortali, minime latam sub excommunicationis minoris: quia illa non incurritur nisi ob mortale, illa ob veniale.

Dis-

175. Difficultas est de aliis poenis.

Prima sententia affirmat, omnem legem poenalem obligare sub mortali, tam civilem, quam ecclesiasticam, si materia sit gravis, quia Superior intendit obligare omni efficaciori modo, quo potest, & sic tam ad poenam, quam ad culpam gravem. Quod quamplures negant de lege civili, quia Superiores seculares non solent obligare, nisi ad poenam temporalem, minime ad culpam gravem, nisi id expresse exprimant; & concludendo est, ut subitum nullum sibi serupulum de transgressione legum civilium faciant.

176. Secunda sententia tenet, nullam legem civilem poenalem obligare sub mortali, sed ad solam poenam temporalem, nisi expresse culpam gravem explicet; idque ob rationem iam relataam.

Item tenet, nullam legem ecclesiasticam poenalem, excepta poena excommunicationis late sententiae, sive poena sit temporalis, puta tritremium, carceris, inhabilitatis ad officia, privationis vocis activae, ac passivae, &c. sive poena sit spiritualis, puta suspensio, interdictum, irregularitatis, &c. sive lata, sive ferenda, & excommunicationis ferenda, esse legem obligationis mortalis, nisi quando talis lex ex communi usu fidelium, & consuetudine, est acceptata, ut obligans sub mortali; quod debet certo constare, nam in dubio standum est pro libertate; vel nisi quando tali lex exprimit culpam mortalem, vel expresse, ut si dicat, *Sub poena peccati mortalis*; vel per verba aequivalentia, n. 163. relata.

Cujus ratio est, quia allata poenae possunt incurri ob veniale; imo irregularitas, & privatio sepultura aliquando sine ullo peccato, ut patet in interdicto locali de eo, qui non dedit causam interdictio, & tamen ecclesiastica sepultura privatur. Cum igitur haec poenae possint explicari pro mortali, & pro veniali culpa, & in odiosis, ac in dubiis benignior interpretatio sit facienda, standum est pro libertate, quod asserant venialiter, nisi aliud expresse constiterit, aut consuetudo dicat: ut in absentia à laetionis diebus Quadragesimae, ad quam quidem ex legitima fidelium consuetudine sub mortali obligamur. Ita Valentia, & Tamb. cit. cum aliis apud ipsos.

177. Probabilior autem est prima sententia, praesertim de lege poenali ecclesiastica, & de poena spirituali lata, quia non est verisimile, quod Legislator condat legem ob bonum publicum sub poena gravi, & in materia gravi, & non intendat obligare sub cul-

pa gravi, cum poena fundetur in culpa.

178. Hoc autem locum habet in legibus proprie dictis, minime in simplicibus ordinationibus, & directionibus, quales sunt Religionum Constitutiones, de quibus loquens D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 9. ad 2. rite advertit, non omnia, quae in lege humana continentur tradi per modum praeccepti; sed multa per modum simplicis ordinationis obligantis ad solam poenam.

Quod etiam (ait Maltrius) in pluribus legibus civilibus potest habere locum, quando nec ex Legislatoris declaratione, nec ex poenae qualitate, nec ex damni publici gravitate potest clare dignosci, an lex aliqua poenalis obliget sub culpa; tunc quidem potest quis in favorabiliorem partem interpretari, nimirum non esse tam legem, quam ordinationem obligantem ad solam poenam; talis est lex, quae dari solet in ordine ad moderatum usum vitium; ad differentiam legis praecipientis, ne extrahantur de Regno triticum, arma, &c.

Q U E R E S II.

179. An lex poenalis obliget ad poenam statim subendam?

Resp. Affirmative, si poena non requirat actionem, sed consistat in passione, ut poena irregularitatis ex delicto, non petendi debitum ob supervenientem assistentem.

Negative, si poena actionem requirat, v. gr. solutionem pecuniae, exilium, &c. tunc enim non tenetur lubre poenam ante iudicis sententiam, nisi expresse in ipso iure statuat, uti statuitur contra eum, qui obmittit Beneficium parochiale, nimirum, quod si intra annum sua culpa non ordinetur, teneatur illud dimittere. Mendo *ver. lex. n. 3.* Qui rite addit.

180. Aliquando tamen benigne exponuntur leges poenales, ut intelligatur, ipso facto incurri poenam, id est, statim ac à iudice declaratum fuerit delictum alicui delinquenti tenetur suum delictum, declarare, ut poenam subiet, nonne simoniacus suam simoniam, si post eam commissam renunciet Beneficia; & hereticus sua delicta, si bona ipse traderet Fisco, & his similia. Nec frustra apponitur in lege poenali clausula: Ipso facto incurrenda: Etenim sonat, post iudicis declarationem de commissi delicto, non requiri aliam sententiam circa poenam subendam; sed tunc ipso facto eam, quae in lege designata est, subire debere.

Q U E

Q U E R E S III.

181. An actus interni subdantur legi humanae Ecclesiasticae?

ET primo quoad actus pure internos, qui veritus non concernunt, mihi verius est, dari in Ecclesia nedum potestatem jurisdictionis, & voluntariam, quae in homines utilitatem, & ad eisdem petitionem exercetur, quae super votis, & iuramentis pure internis dispensat; verum etiam potestatem legislativam, & coactivam, quamvis nonnulli eam de facto negent esse Ecclesiae communicatam.

Ratio est, quia potestas supra proprias oves fuit à Christo Ecclesiae communicata illimitata abique ulla restrictione: *Pasce oves meas, Quodcumque ligaveris, &c.* adeoque non debet actus externos. Tum quia Ecclesia per se respicit forum conscientiae, & ad eam spectat dirigere in viam salutis aeternae, & curare de mediis ad eam conducentibus, quia sunt non solum actus externi, sed etiam interni.

182. Hinc Innoc. XI. & Alex. VII. plures opinioniones damnant, imo prohibent ad praxim deduci, quae spectant ad solos actus internos: tales sunt: prop. Alex. de actu fidei, &c. & Innoc. 5. 6. 7. de actu dilectionis Dei: 10. & 11. de actu interno dilectionis proximi: 13. 14. & 15. de desiderio mortis proximi: 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. de actu fidei. Et Concil. Trid. sess. 13. in Decr. de SS. Eucharistia, interdicti, ne de SS. Eucharistia: credatur aliter, quam in Decreto definitur; credere autem est actus pure internus. In Ecclesia igitur, nedum est possibilis, sed etiam de facto datur potestas legislativa directa in actus pure internos.

183. Verum tamen est, in exercitio & praxi non semper actus pure internos cadere sub lege, sed solum quando praecceptum expresse & directe illius intendit; quod constare debet ex verbis praeccepti, nam regulariter Ecclesia non solet praecipere actus pure internos; hinc haereticis pure mentalis, esto possit directe cadere sub lege, & censura Coenae, de facto non cadit, quia lex de haereticis formaliter externa loquitur.

184. Secundo, est actus internus per se conjunctus cum externo, in quantum est necessarius, ut ponatur entitas physica actus externi, & ut actus externus sit humanus; & illi nedum indirecte, [ut voluntatem quiescentes.] sed etiam directe cadunt sub potestate legislativa Ecclesiae, imo ita est in praxi; Ecclesia etiam praecipiendo recitationem Officii, au-

ditionem Sacri, &c. praecipit directe complexum, seu actum mixtum ex actu externo recitationis, & actu interno voluntatis eius; praecipit naque actum humanum, seu liberum, ad quem est necessaria voluntas libera, adeoque directe praecipit tam recitationem, & auditionem externam, quam ejus volitionem internam. Hinc lex humana praecipiens actum externum humanum, indirecte prohibet voluntatem ethicam violationis sui.

185. Haec ratio tenet peccat mortaliter peccatum interno, qui decrevit emittere divinum Officium, aut auditionem Sacri die festo, etiam si postea mutata voluntate recitet, aut audiat Sacrum, quia ejus volitio cadit sub praeccepto Ecclesiae, quatenus necessario requiritur, ut recitatio, & auditio sint actus humani.

186. Tertio, est actus internus necessarius, ut actus externus habeat honestatem moralem, in quantum primario illum consistit in esse moralis alicujus virtutis. Et illi pariter nedum indirecte, [ut voluntates plures.] sed etiam directe cadunt sub potestate legislativa Ecclesiae: imo ita est in praxi, quia Ecclesia cum debeat suas oves dirigere ad vitam aeternam, ad eam spectat providere de mediis aptis, ac proinde non tantum potest praecipere actus externos humanos, sed etiam ut involentes alicquam honestatem, & bonitatem moralem alicujus virtutis; & tunc directe praecipit totum complexum ex actione externa humana, & ex actu interno constituyente illam in esse honestatis ab Ecclesia intentae, & sine quo honestatem non haberet.

187. Haec ratio non satisfacit quia praeccepto aequae confessionis per confessionem voluntarie nullam, nec praeccepto communionis in Paschate per communionem sacrilegiam; quia Ecclesia praecipit confessionem veram, quae scilicet habeat honestatem virtutis penitentiae, & reconciliat peccatorem cum Deo, quavis non est contentio fidei, & voluntarie nulla; unde eo praeccepto Ecclesia directe praecipit autem externam confessionem, & actum internum veri doloris de praeteritis culpis, & veri proposito de futuris vitandis, quia hic actus internus est necessarius ad honestatem confessionis ab Ecclesia intentam, & eam primario consistit in esse virtutis penitentiae.

De Communionem etiam habetur in c. Omnis parsusque sexus. Suscipientes reverenter ad minus in Paschate Eucharistiae Sacramentum; & in Trident. sess. 23. cap. 7. Cavere ille debet, ne abique magna reverentia & justitate ad id percipiendum accedat: v. prop. 14. ab Alexandro

divo VIII. damn. & prop. 55. ab Innoc. XI. damn. p. 2. & 6.

188 E contra hæresis pure externa non subiacet excommunicationi Bullæ Cœnæ; quia lex sub excommunicatione prohibet veram hæresim, ad quam constituendam necessario requiritur error in intellectu cum pertinacia: v. to. 2. pag. 529. nu. 378. & pag. 555. num. 281. Quarto, est actus internus, qui licet asserat aliquam honestatem moralem actui externo, supponit tamen illum jam primario constitutum in esse morali alicujus virtutis; unde actus internus non dicitur necessarius ad honestatem actus externi, sed illi conferre honestatem, & bonitatem accidentalem; & isti etiam directe cadunt sub potestate legislativa Ecclesiæ; licet nonnulli negent. Aperte sequitur ex rationibus primæ, & tertiæ assertionis, n. 181. & 184.

189 Verum tamen est, in exercitio & praxi non semper cadere sub præcepto, & lege, sed solum quando constat, præceptum expresse esse intendere, ut in simili dixi n. 283. de actibus pure internis.

190 Hac ratione satisfaciunt præcepto jejunii quatuor temporum, & aliis Ecclesiasticis, qui jejuniat, etiam si non jejuset ob motivum obtinendi fructus à Deo; quia independentes à tali motivo, jejuniium habet bonitatem primariam ex proprio objecto, nempe temperantia, & macerationis, quæ primario ab Ecclesia intenditur. Tum quia Ecclesia non præcipit expresse aliam honestatem accidentalem, sed præcise substantiam jejunii. Idem dicitur de aliis præceptis Ecclesiasticis: unde illis satisfaciunt, qui ponit substantiam actus cum sua honestate substantiâ, seu primaria ex objecto.

191 Pari ratione satisfaciunt præcepto jejunii, si jejuniis intendens macerationem, sed concomitantem, aut consequenter habeas affectum vanæ gloriæ; quia malitia illa est accidentalis, atque concomitans, & actus jam retinet honestatem primariam temperantia ex suo objecto, quam Ecclesia intendit.

192 Si vero urgente aliqua necessitate patriæ: v. gr. fame, bello, &c. Superior præcipiat, ut subdit jejuniem, & ut jejuniium applicent Deo in patriæ levamen; ad illud tenentur subditi, nedum jure naturali charitatis, sed vi præcepti, si Superior obligare intendat sub culpa. Hinc subditi sub mortali tenentur Missam juxta Superioris intentionem applicare ex vi præcepti obedientia.

QUERES IV.

193 An lex non acceptata obliget in conscientia?

Certum est 1. præceptum actuale, ut obliget, non expectare subditi acceptationem; quia Superior Ecclesiasticus habet jus præcipiendi in materia sibi subordinata, independentem à consensu subditi. Unde difficultas est de lege proprie dicta, permanente.

194 Certum est 2. populum peccare mortaliter, si sine rationabili causa non acceptet legem sub mortali obligantem. Habetur ex illo Pauli ad Rom. 12. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: & qui resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt.*

195 Dico, legem, non acceptatam obligantem. Quia quando dicitur, quod lex non acceptata non sit valida, non est sensus, quod acceptatio subditorum det Superiori potestatem ad legem edendam; nam Summus Pontifex, & ceteri Prælati inferiores habent potestatem condendi leges independentem à populo, ut liquet ex relato loco Pauli: *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit.* Unde possunt legem condere, populo invito, nisi Prælati inferiores quoad hoc limitentur à Papa. Sed solum id dicitur ex rationabili interpretatione voluntatis legislatoris; rationabiliter enim interpretatur voluntatem Superioris non esse, ut velit adstringere subditos, si ipsi rationabilem & justam habeant causam non acceptandi. At non rationabiliter interpretatur, cum non velle ligare subditos, & subditi sine rationabili causa, sed ex proprio libito, acceptare non velint; imo tunc rationabiliter præsumitur Superior in subditos rite indignatus.

196 Hinc concluditur, quod lex sine rationabili causa non acceptata, non cedit obligantem; præsertim si Superior inler pro legis acceptatione, & observantia: v. prop. 28. *Alex. VII. damn. p. 2.*

197 Si lege non acceptata, Superior non inler pro acceptatione, & observantia, tunc contra eam habet locum præscriptio, & consuetudo, ut in n. 153. sive Superior sciat, sive nesciat. Nunquam introduci potest consuetudo contra legem, Superiore instante, & urgente pro observantia legis: v. n. 248.

198 Si petas, an in toto tempore medio intra decem, aut quadraginta annos, peccent subditi, qui contra legem consuetudinem introducunt? Affirmat Bonac. quia cum adhuc consuetudo non sit firmata, viget lex. Negant Beccanus, Maltrius, & alii asserentes: *Subditi esse tunc in conscientia, quando con-*

sci-

suadent ita invaluit, ut plerique etiam boni viri eam sequantur. Quia tunc rationabiliter præsumitur de superioris benignitate, quod non velit, nec patiatur subditos per multum tempus in mala conscientia permanere: & tempus pro consuetudine fundanda requiritur, præsertim pro foro externo, ut in eo vim habeat.

199 Et Balem. addit: Si post longum tempus esse sublatam per prescriptionem.

Sola igitur lex ex rationabili & justa causa à majori parte Communitatis non acceptata, non obligat, n. 195.

200 Dicitur etiam locum habent pro legibus à Principibus absolutis laicis cum intentione obligandi ad mortale, quorum aliqui, sicut eliguntur in Principes, & Reges ex consensu populi, electi tamen sunt ab eis independentes quoad leges ferendas; non enim supponuntur electi, cum conditione, & conventionem, ut leges non condant sine consensu, & acceptatione populi.

QUERES V.

201 An Abbatissa, vel Priorissa possit imponere suis Monialibus præcepta obligantia ad mortale?

Certum est cum Com. possit imponere præcepta obligantia ad mortale, si materia sit gravis, aut ad veniale, si materia sit levis, loquendo de præceptis temporalem, quæ scilicet concernunt finem temporalem, & politicum, nempe rectam Monasterii gubernationem quoad bonum pacis, disciplinae, observantia, & conservatiois familiae.

Ratio est, quia Abbatissæ competit potestas civilis, & politica, œconomica, & domestica uti matrifamilias, & major, quam matres habent respectu filiorum, quia ei competit virtute Regulae, & subjectionis à Sede Apostolica approbata; unde potest imponere præcepta spectantia ad domesticam gubernationem, obligantia ad culpam gravem, aut levem, ne pax, disciplina, observantia, & conservatio familiae corrumpatur.

202 Hinc potest præcepta imponere, ne Moniales litteras, aut domatias recipiant, ne ad crates ad colloquendum cum extraneis accedant, ne è speculis, seu fenestris cum extraneis per viam transeuntibus colloquantur, (quod quidem scandalum esse solet) ut ibi actus irregularios & immoedestos habeant.

203 Difficultas est de præceptis spiritualibus ordinatis scilicet ad finem spirituales, seu supernaturalem.

Et quidem de illis negat Pelliz. de *Mon. 2. q. 4. scilicet. 3. Diana p. 5. tracl. 2. ref. 16. uter-*

que Ledeima, & quamplures apud eos: quia Abbatissa, utpotè cœmetina, est incapax potestatis, & jurisdictionis spiritualis in suas subditas; sed habet solum civilem, & politicam, uti matrifamilias in ordine ad gubernationem domesticam; adeoque non possit præcipere Moniali, ut Divinum Officium recitet, Missam audiat, & similia, in quantum profectum spirituales subditarum concernunt.

204 Similiter, nec possit præcipere, in virtute Sanctæ Obedientia, Nomine Christi, in virtute Spiritus Sancti; quia est usus jurisdictionis spiritualis, quam non habet.

205 Unde si Abbatissa præcipiat sub peccato Mortali, ut recitet Divinum Officium, si Monialis omittat semel, aut bis, non peccabit graviter ex vi præcepti Abbatissæ, sed ex vi præcepti, quod aliunde omnes Moniales ligat; quia Abbatissa solum præcipere potest talem recitationem ob finem temporalem, nempe ob bonam Monasterii gubernationem, in ordine ad quam omittit Officium semel, aut bis, est in materia levi. Si verò id præcipiat Prælati regularis sui subditi, si subditi omittat semel, peccabit mortaliter: quia si subditi regularis potest esse spiritualis, nempe profectus spiritualis sui subditi, in ordine ad quem omnino unus Officii est materia gravis.

206 Abbatissa igitur est solum executrix Regularum, & tantum imponere potest præcepta illa, quæ conducent ad rectam Monasterii gubernationem in pace, & sine scandalis. Prælati verò regularis potest in suis præceptis etiam profectum spirituales subditorum intendere; adeoque potest ea omnia præcipere, quæ ad majorem eorum profectum conducent, dummodo non sint supra, nec præter Regulam, sed directe, aut indirectè ad illam pertinent. Ita Pelliz.

207 Dico, Abbatissam, seu Priorissam posse suis Monialibus præcipere, in virtute Sanctæ Obedientia: & præcepta formalia, ac spiritualia imponere, quæ in conscientia graviter, aut leviter obligent, juxta gravitatem, aut levitatem materiae: Mellis in *Com. c. 11. dist. 7. assert. 11. Cæthropol. tom. 3. art. 16. disp. 4. p. 2. 3. Rodr. Lezana, & alii apud Dianam p. 5. tracl. 2. ref. 16.*

208 Ratio est primò; quia officium Abbatissæ est officium Ecclesiasticum, quod si pretio comparatur, erit simonia; quibus non esset, si nulla potestas spiritualis ei esset annexa.

209 Secundò; quia Abbatissæ, utpotè cœmetina, solum est incapax jurisdictionis, &c.

potestas spiritualis, quæ spectat ad claves, & dependet ab Ordine, qualis est potestas censuras ferendi, absolvendi, benedicens, &c.

Potestas autem, & jurisdictionis præceptiva, & correctiva, non spectat ad claves, nec dependet ab Ordine, sed est superioritati annexa; unde in Ordine Minorum etiam compete- re potest laicis, quia possunt ibi esse Guar- diani.

20 Nec ei repugnat, quia spiritualis; nam (ait Melpi) de facto, gratiam, characterem baptismi, & habitus infusos, qui spirituales sunt, recipit; sicque (ex disparitate non assignanda) erit capax potestatis jurisdictionis spiritualis correctiva, quoniam ejus usus, non est usus clavium, nec dependet ab Ordine. Tum quia Moniales auctoritate Apostolica professionem emittunt, & obedientiam vovent, ac Regulæ observantiam in manu Abbatisse.

21 Non dicas cum Pelizz. *cir.* Moniales ei promittere obedientiam, cujus est capax, nempe ut matrifamilias, & quoad ea, quæ ad rectam gubernationem Monasterii spectant; atque etiam, si spiritualia Abbatisse præcipiat, v. g. recitationem Officii, Missæ audientium, &c. illa præcipere, non ob finem spirituales, sed ob temporalem solum, prout ad rectam domesticam gubernationem Monasterii spectant.

Non enim juvat, quia gratis dicitur. Nam in manu Abbatisse professionem emittunt, & obedientiam vovent absolute, absque ulla restrictione. Et talis omnium professionis, & voti, magis principaliter, non finem temporalem, sed spirituales, nempe Religiosorum spirituales profectum intendit; hic est finis institutionis Religionum utriusque sexus.

22 Illud tamen est notandum, utramque potestatem præcipiendi, tam temporalem, quam spirituales, quam spirituales correctivam, ut Superiori, esse subordinatam Superiori majori, nempe Ordinario. Unde, si hic ei imposuerit, ut ipso inconsulto præceptum non imponat, non potest eo inconsulto imponere. Quod valet Ordinarius facere; quia in præceptis imponendis requiritur eximia prudentia, quæ non solet in mulieribus reperiri: *v. n.* 151.

QUÆRES VI.

13 An Declarationes Sac. Congr. Conc. Trid. in synodica forma exhibita habeant vim legis?

Prima opinio tenet non habere vim legis, ac proinde non tollere probabili-

tatem opinionis oppositæ, sed solum esse magis autoritatis. Vericell. *vr. v.* q. 6. Diana *p. 1. vr. 10. resol. 29.* Bonac. *de legis. disp. 1. qu. 1. p. 8. num. 4.* Port. *ver. Caradinalium Declarationes;* & alii multi apud ipsos. Quorum ratio præcipua est, quia hæ declarationes non publicantur, non enim assuntur ad valvas in locis publicis, ut fit in Constitutionibus Apostolicis; sed solum traduntur partibus, quarum interest, sigillo, & subscriptione munitæ: Et de essentia legis (ex pluribus iuris) est promulgatio, itaut ante illam lex obligare non possit.

214 Secunda sententia, quam sequor, docet habere vim legis, ac proinde obligare in utroque foro. Rodr. *q. Reg. tom. 1. q. 11. art. 2.* Miranda *in man. tom. 2. q. 26. art. 11.* Castro- pal. *tom. 1. tr. 3. disp. 5. p. 3. S. 1. num. 6.* Fagn. *lib. 1. Decr. e. quoniam 13. de consir. a. n. 6.* & alii permulti apud eos.

215 Ratio est; quia hæ Declarationes sunt auctoritate Papæ, & illo consulto, videlicet auctoritate à Papa ipsis Cardinalibus tradita interpretantur Decreta Concilii, ipso consulto, ut constat ex Bullis Pii IV. *Benedicti Dei tom. 25. Jan. 1563. Sixti V. Immensa, S. Duo autem Part. 21. Jan. 1587.* Declaratio autem legis facta ab eo, qui à Principe, seu legis conditor habet jus interpretandi, non differt à lege declarata, *l. homini, & rei, S. Verbum ex legib. ff. de verborum signific. l. qui testamento, S. Mulier. ver. argumento, ff. de testamento.*

216 Declarationes igitur Sac. Congr. Conc. nil aliud substantialiter sunt, quam ipsa Decreta Concilii ex se obscura, dubia, aut male intellecta, ac proinde eandem vim habent, quam ipsa decreta. Cum igitur Decreta habeant vim legis in utroque foro obligantis, ita & ipsæ declarationes; nam qualitates omnes legis declarate censetur inesse illius declarationi, *in l. nihil.*

217 Hinc non obstat fundamentum opinionis oppositæ; quia hæ declarationes non sunt novæ leges, sed ipsæ leges Concilii. Nec obligatio ad culpam, & poenam, oritur ex ipsa lege declarante, sed ex lege declarata; & ideo non expostunt solemnitates publicationis; sed sufficit illa, quæ facta fuit in ipsius legis editione.

218 Cæterum (ut advertit Fagnanus) ipsa Congregatio Concilii, quando vulg novam legem condere, tam præ à Summo Pontifice approbatam, & roboratam, solemniter publicari facit, ut patet in Decreto de Apostatis, & schismaticis. De rebus Regularium non alienandis. De celebratione Missarum, &c. Non sic in legis declaratione; quia hæc non fa-

cit novum jus, sed quod prius erat, manifestat.

219 Illud certum est, Declarationes, seu Decreta Sac. Congr. Concilii non obligare, nisi constant authenticæ, ex Decreto ejusdem Sac. Congr. Concilii apud Lantuscum in Theat. Regul. *ver. Congregationis Concilii Decreta;* ut sequitur:

Sacra Congr. Conc. ex speciali iussu Urbani VIII. mandata, & præcipit, hujusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quàm non impressis, nullam fidem esse in iudicio, vel eorum à quorum adhibenda, sed tantum illis, quæ in authenticis formis, & salis sigillo, & subscriptione Eminentiſſ. D. Card. Præsidi, & Secretarii ejusdem Congregationis, & tempore existentium, munitæ fuerint. Die 29. Augusti 1621. prout in Regesoluto Congregationis, fol. 124.

220 Idem dispositum S. Congr. Rituum pro Decretis ejusdem S. C. Rituum.

M E T U S

221 **G**ravis cadens in virum constantem, metus, inquam, aut periculum non levis, sed gravis damni, nempe vitæ, mutilationis, infamiae, aut jacturæ honorum, qui non leviter, sed probabiliter, & prudenter timetur, excusat à precepto positivo, si vitæ humano, si vitæ divino; similiter & gravis difficultas, aut urgent necessitas, de qua in præceptis particularibus; quia leges positive, etiam divine, sunt accommodatæ humanæ conditioni, juxta illud Matt. c. 11. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.*

222 Hinc in tali periculo, aut metu, vel urgente necessitate, non tenetur ad jejunium, aut auditionem Missæ die festo, ad integritatem materiale confessionis, ad solutionem decimarum, ad non communicandum cum excommunicato vitando, &c.

223 Non excusat autem, si id cedat in majus Republicæ damnum, aut si ad transgressionem legis cogatur in contemptum legislatoris, Religionis, vel fidei; tunc enim ad observantiam legis tenemur, etiam cum periculo vitæ: quia bonum publicum est præferendum privato, & contemptus legis, aut fidei, est ab intrinseco malus. Constat exemplo Eleazar Machab. *lib. 2. c. 6.* Vide dicenda de charitate, & tom. 2. n. 420.

224 Eadem ratione metus gravis non excusat à precepto positivo divino respiciente bonum commune status Ecclesiæ, qualia sunt omnia præcepta positiva Christi, ad administrationem Sacramentorum pertinentia, uti est sigillum confessionis, consecratio in duplici specie, consecratio Sacramentorum secundam debitam materiam, & formam.

225 Item non excusat à precepto naturali negativo prohibente rem ab intrinseco malam, & quæ nulla valeat ratione honeſtati, quia hæc non potest per metum malitia scilicet: hujusmodi sunt odium Dei, negatio vitæ puræ externa fidei, mendacium, pollutio voluntaria, accessus ad non suam, occisio directa innocentis, &c. unde ob metum mortis non licet mentiri, &c.

226 Occisio indirecta innocentis potest fore præcursiva, ut evenit in eo, qui occidit agredientem injusti, in milite, qui iuste bellum gerens, emittit globum tormentarium, & interficit simul cum hostibus pueros innocentes; & in eo, qui fugiens persecutorem, puerum innocentem, quem vitare non potest conculcat in via; & in eo, & similibus casibus excusatur à culpa, & honestatur occultio innocentis, quia non alterius occisio sed propriæ vitæ, quæ alienæ prævalet, iusta defensio intenditur; per accidentem autem contingit mors innocentis.

227 Eadem ratione metus gravis nedum non excusat à culpa committentem, sed neque proximè cooperantem ad actiones intrinsece malas, & quæ nulla valeant ratione honeſtati. Hinc Innoc. XI. damnavit propter hoc, *51. Famosius, qui submissis humeris scienter adhibens hunc suum ascendere per fenestras ad stuprum virginem, &c. non peccat mortaliter, si id faciat metu notabili detrimens, puta, ne à domino male trahatur, ne servus oculi aspicatur, &c. v. sup. 51. pag. 6.*

228 Ubi Pontifex supponit, famulum esse scientem mali, & non eum damnat in dubio, nam in dubio mali possessio iustitiam pro innocentia, & ex jure quilibet est præsumendus bonus, nisi eerto constet, quod fit malus.

229 Uterius propositio metu notabilis detrimenti explicat, videlicet: *ne à domino male trahatur, ne servus oculi aspicatur, ne domo expellatur.* Unde in terminis propositionis damnatæ non videtur comprehenditur metus notabilioris detrimenti; puta affiduarum vapulationum, mortis, &c.

230 Cæterum dico, non licere famulo ob metum notabilioris detrimenti cooperari ad stuprum hæreticæ, &c. tenendo scalam, &c. quia talis cooperatio non est remota, sed proxima; & actio illa famuli, licet in se absolute considerata fit indifferens, hic & nunc est proxima, & determinata ad malum: unde licet commissio actionis ab intrinseco malæ, ex nullo metu potest committari; ita nec cooperatio proxima, & hic & nunc determinata ad eandem actionem ab intrinseco malam, cuiusmodi est stuprum, &c. quoniam

nam actus essentialis malitiam sumit ab objecto, & in casu idem objectum ab intrinseco malum, est commisionis, & cooperationis proxima objectum.

231 Dixi in n. 227. Et quæ nulla valent ratione honestari: quæ dantur aliquæ actiones ab intrinseco, quæ in aliquibus circumstantiis possunt aliqua ratione honestari, in quantum amittunt rationem formalem intrinsecam malam: hujusmodi est furum, quod est ablatio rei invito rationabiliter domino; potest autem dari casus, ut ablatio rei non sit invito domino, aut si invito, non rationabiliter invito; & tunc ablatio rei amittit malitiam intrinsecam furto, quia amittit rationem formalem furii, ut melius, cum de furto, & restitutione: non sic est struprum, quod quidem ita est intrinsece malum, ut nulla valeat actio honestari.

LEX HUMANA CESSAT

232 **P**er Luribus modis, 1. per dispensationem, aut abrogationem factam à legislatore, vel ejus successore: Non potest inferior abrogare legem Superioris, aut dispensare, nisi ex delegatione Superioris.

Vel nisi tales sint circumstantiæ, ut habeat locum epicheja de præsumpta intentione, & voluntate Superioris, ita ut aliàs superior esset crudelis. De quo fusc dicitur, de dispensationibus, in materia.

233 Epicheja respicit casus particulares, sicut lex communes.

234 Secundo, si cesset finis adequatus legis, minime, si partialis. Hinc cessat obligatio correctionis fraternæ respectu alicujus personæ individue, quando emendatio non speratur: v. tom. 2. n. 430.

235 Tertio, per prescriptionem, aut consuetudinem in contrarium: v. tom. 2. n. 248.

236 Quarto, si lex sit fundata in præsumptione, si de contraria veritate constet, cessat lex, quia præsumptio cedit veritati. Unde si lex sit contra ad aliud malum vitandum, si in aliquo casu cognoscatur, nullum ejus esse periculum, cessat lex. Com.

CONSUETUDO

237 *Est jus non scriptum, ortum ex longo, & continuo usu.*

Ut consuetudo habeat vim legis, requiritur, quod sit rationalis, de consensu Principis, aut legitime præscripta. *Rationabilis* dicitur, si non sit contra jus naturale, aut divinum, contra Religionem, contra Ecclesiæ libertatem: sed de materia honesta, & utili communitati.

238 Actus, ex quibus oritur, debent esse cum frequentia, voluntarii, publici, &

notorii. Quæ consuetudo debet esse à toto populo, & communitate, aut saltem à majori & saniori ejus parte frequentata.

239 Consuetudo est triplex, 1. *secundam legem*, & hæc dicitur, *optima legum interpretis, 2. præter legem*, 3. *contra legem*.

240 *Consuetudo præter legem*: Est, quæ novam obligationem inducit. Ad hæc, ut ad mortale obliget, requiritur, quod sit introducta à toto populo, aut majori, & saniori ejus parte, cum animo se obligandi ad mortale. Hinc consuetudo abstinenti à lacte cinis die Sabbati non obligat ad mortale, quia licet sit communis, non fuit introducta cum intentione, & animo se obligandi ad mortale, ut constat ex communi Doctorum mente. Cui non obstat contrarius sensus plurium, qui non est sensus saniorum, sed plebis, simplicium, & militum.

241 Insuper requiritur præscriptio, ad quam expolitur, & sufficit decennium, sive sit consuetudo civilis, sive Canonica, sive Ecclesiastica, etiam si Princeps sit absens.

242 *Consuetudo contra legem*. Est abrogativa, & destructiva legis. Non potest dari contra legem divinam, jus divinum, contra jus naturale, & gentium: quæ si detur, dicitur abusus, & corruptela extirpanda.

Hinc contra vota non potest dari præscriptio, quia licet importent obligationem humanam ab homine factam, concernunt jus divinum, cum *Verum sit promissio, fæda Deo*.

243 Potest autem dari (si habet conditiones requisitas) contra leges civiles, Ecclesiasticas, & Canonicas, contra impedimenta dirimentia de jure humano, contra ritus Sacramentorum; minime contra horum substantiam. Mendo in *epist. var. consuetudo*, n. 20. Gobat tom. 1. r. 9. n. 25.

244 Hæc potest dupliciter introduci. 1. Per viam *Conventus*, ex consensu saltem tacito Principis, seu legislatoris, eo scilicet sciente, & tolerante, cum facilius contradicere posset, si vellet: Et tunc non requiritur rigorosum tempus præscriptionis, sed sufficit, quod tanto tempore consuetudo sit continuata, quantum viris prudentibus sufficit ad rationabiliter judicandum, Principem in eam consensisse.

245 Hac ratione, ut lex dicatur non usu recepta, nec inde accepta, & non obligare, non requiritur decennium, sed sufficit, quod non fuerit observata, sciente Superiori, seu legislatore tolerante, & non contradicente, cum facilius posset. Verricelli *lr. 3. g. 2. n. 32. & lr. 8. g. 52. n. 9.*

246 Secundo, Per viam *Prescriptionis*, videlicet

delicet ignorante, & nesciente Principe. Et tunc ultra recentissimas conditiones requiritur tempus decem annorum contra legem civilem, quadraginta vero annorum contra legem Canonica, & Ecclesiasticam.

CONSUETUDO

247 Potest tollere penam, imo irrationem actus, & non obligationem legis quoad culpam. Hac ratione plures penæ sunt abrogatæ, Pirthing *lib. 1. tit. 4. de Consuetud. §. 8.* quia tantum potest consuetudo, quantum lex scripta, si requisitas habeat conditiones.

248 Lex si exprimat, quod non possit per consuetudinem contrariam abrogari, non potest per eam derogari, quia non censetur consuetudo honesta, quæ fuit prohibita. Solum potest derogari, si circumstantiæ legis sint mutata, ut prudenter judicetur, legislatori sentire in consuetudinem eam derogatam: v. tom. 197.

249 Per legem universalem non derogatur consuetudo, nisi de ea fiat expressa mentio, sicut nec privilegium.

250 Nec consuetudo immemorabilis (*illa scilicet de cujus initio non extat memoria hominum*) derogatur per legem derogativam consuetudinis, nisi de ea fiat specialis mentio. Quod Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glossa 33. n. 2.* Barbosa *de clausulis claus. 87. nu. 8.* & Anton. 3. *Spir. S. consult. 2. nu. 17.* dicunt, esse verum, quando ratio & finis derogationis consuetudinis non est idem in consuetudine immemorabili, quam in memorabili.

251 Si consuetudo contra legem consistat in omissione actus, ut præscribat contra legem, non sufficit *actus negativus*, quatenus scilicet nunquam se obtulit occasio exequendi actus legis: sed requiruntur *actus privativi*, quatenus se obtulit occasio exequendi actus legis, & hoc non obstante, fuerunt ommissi. Mendo *ver. lex.*

QUÆRES,

252 *An ad derogandum legi per consuetudinem requiratur bona fides?*

Certum est, non requiri bona fidem, si sit sermo de consuetudine introducta per viam *Conventus*; quia tunc derogatio legis non procedit ab ipsius actibus contrariis, qui quidem facti cum scientia legis contrariæ in principio, in fieri consuetudinis fuerunt mali: sed à consensu saltem tacito legislatoris, qui sciens, & potens facilius contradicere, si vellet, tolerat, & non contradicit.

Sed difficultas est de derogatione per viam *Prescriptionis*.

Examen Ecclesiastic.

253 In quæ re aliqui apud Pirthing *lib. 1. tit. 4. de Consuetud. §. 8.* tenent, non requiri bonam fidem; quia sicut consuetudo, ut obliget, requirit, quod sit introducta animo obligandi; ita pariter, ut deroget legem, requirit, quod sit introducta animo eam derogandi, & consequenter cum cognitione legis, & cum scientia, quod actus sit contra legem: cum autem bona fides excludat scientiam, sequitur, quod abrogatio legis per consuetudinem non comptatur cum bona fide.

254 Dico: Abrogatio legis per consuetudinem introductam per viam *prescriptionis* non potest haberi sine bona fide, Pirthing *cit. & est probabilior sententia*. Probat, quia possessor malæ fidei non potest præscribere; nam ad prescriptionem requiritur bona fides.

255 Ad hoc igitur, ut abrogatio legis habeatur per viam *prescriptionis*, requiritur bona fides, aut quod cum mala fide sit conjuncta conventiva Principis, videlicet consensus saltem tacitus, aut rationabiliter præsumptus legislatoris: *vide n. 197. Gobat tom. 1. tract. p. n. 24.* Siquidem. Ablatio rei facta scienter non est legitima, nec excusat à restitutione, nisi habeatur consensus, saltem rationabiliter præsumptus, domini, quo remoueat à linea furti rei alienæ. Ablatio rei facta scienter non est legitima, nec excusat ab observantia, nisi habeatur consensus, saltem rationabiliter præsumptus, legislatoris, quo remoueat à linea furti juris alieni.

256 Hinc sequitur, quod in casu consuetudinis introductæ per viam *prescriptionis* non derogatur lex à principibus, qui mala fide de contra legem egerunt; sed à successoribus, qui quidem agunt contra legem bona fide, putantes se non teneri eam legem servare, cum videant illam à suis antecessoribus non observatam; qui libet enim præsumendum est bonum, nisi certo constet, quod sit malus.

De legibus agunt Scotus in *4. disp. 3. quest. 4. libr. B. dist. 44. quest. un. & alii, Maiterus in Theol. moral. disp. 2. Diana p. 1. r. 10. & alibi, Joan. de la Cruz, ser. de legib. Bonac. tom. 2. par. 2. Tamb. tom. 8. de verb. Missæ lib. 3. c. 1. §. 8. Bull. mb. lib. 1. r. 2. Cardenas in *Crist. Theol. r. 3. disp. 32. & 24. & Fagnanus cit. Gobat pluribus in locis Callrop. tom. 1. r. 3.**

SACRA POENITENTIARIA.

257 Instructio Parochorum, & aliorum Confessoriorum pro Casibus, quorum Absolutio, vel Dispenfatio spectat ad Sacram Poenitentiarum, seu ad Sedem Apostolicam.

Cum sciam, multos inter Christi fideles utriusque sexus, ubique locorum existentes, Coniugis, Irregularitatibus, impedimentis Votorum, & Matrimonii, aliisque huiusmodi casibus ad Sacram Poenitentiarum, seu Sedem Apostolicam spectantibus, respectu irritos diu permanere, imo interdum misere perire; tanti mali causam ex his fontibus provenire comperi.

Primo. Quia Parochi, vel alii Confessarii, in quorum manibus huiusmodi Poenitentes veniunt; si praesertim, qui ruri, & in pagis extra Civitates habitant, saepissime nesciunt, ad quem in Urbe pro remedio confugiant, qui vel absolutiois, vel dispenfationis Litteras a Sacra Poenitentiarum obtinere iis procurerit. Unde fit, ut hac cura deposita, Poenitentes vel ad Episcopos, vel ad illos mittant, ad quos isti praerubore, ac verecundia (saepem praesertim) accedere verentur.

Secundo. Alii vero, qui suos habent Romae Procuratores, tantam pecuniae vim pro expensis exigunt, ut hi praeterea tantis sumptibus impares omnino recedant; & forte sibi persuadent, (quod longe peius est) Sacrum Tribunal Poenitentiarum pro dictis litteris aliquod lucrum reportare.

Tertio. Facit etiam nonnullorum Confessoriorum ignorantia, ut gratiae obtentae irritae sint, quia casus, & casuum circumstantiae necessario explicandas male interdum exponunt; quo fit, ut litterarum Executores praemisso Poenitentium examine rem aliter se habere, quam exposita fuerit, comperiant, ac proinde dictas litteras exequi non possint: Unde Poenitentes quasi desperati pro nova gratiae imperatione, remedio privati manent.

Quarto. Accedit etiam non raro, ut Poenitentes obtentis litteris non possint in suis pagis facile reperire Doctorem Theologiae, vel Sacrorum Canonum (his enim ut plurimum litterae Sacrae Poenitentiarum inscribuntur) aut saltem ille suspectus sit; nec etiam in vicinia eorum, quippe qui procul absunt, difficile adire possint: Unde litterae suo carent effectu, ac miseri Poenitentes in suis sordibus perseverare coguntur.

His praemissis, cum certum sit, Sacrae Po-

nitentiarum Tribunal salutem dumtaxat animum intendere; & omnia gratis concedere; existimavit Parochis, & Confessariis aliquot capita a me proponi pro remedio indicatorum incommolorum.

Primo. Ubi accedit aliquis ad illos causa quopiam ad dictum Tribunal pertinente laborans, examinet diligenter Poenitentem, ut rem totam sincere aperiat: observent genus Censurae scrutentur etiam facti circumstantiae. Item inquirent de Poenitente, an sit vir, aut femina; an Laicus, aut Clericus; an Regularis, aut Saecularis; an Sacerdos, vel in Ordine Sacro, aut simplex Clericus, aut Monialis. &c. Item appellent genus censurae incurse, & casum, ex quo incurfa est, an publicus, vel occultus. Et circa irregularitatem videant, an ex delicto, & ex quali delicto, cum suis circumstantiis; an ex defectu, & ex quali defectu; an ex homicidio, aut mutilatione; an ex violatione censurae? In matrimoniis inquirent, quale sit impedimentum; an revera occultum; an de contracto matrimonio, vel de contrahendo agatur? Item quid casus allegerit pro dispenfatione obtinenda (idem stat pro votis, scilicet, quid casus pro commutatione, & ad quem effectum?) Sed praesertim de Clerici percussore disquirat, ad Urbem pro absoluteione si accedere non valet.

Secundo. Habita vera totius causae notitia, scribant casum in charta quocunque characteris, dummodo legi possit; idque sive latina, sive qualibet alia cujuslibet Regionis nativa lingua, omisiss inutilibus, reticito etiam nomine, & cognomine poenitentis (quamvis nullum sit periculum, rem, & personam proxiendi) nisi forte ageretur de Censuris iniectis contra publicos Clericorum Percussores, & Duellantes in publico; tunc enim nomen, cognomen, & Diocesim expriment: in occultis vero per simplex N. proceditur, & casum sic inscriptum directe mittant per Postam, seu communem Tabellarium publicum Romae Majori Poenitentiarum in hunc modum:

Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Majori Poenitentiarum.

Qui certe pro sua humanitate & charitate libenter omnes audiet, iubebit litteras expediri, & referendo mitti curabit.

Tertio. In litteris tamen Romae ad eum missis significent, quemodo, & qua via res ipsosum mittendam sit per Postam, seu communem publicum Tabellarium, terminando litteras Eminentissimis. incriptas in hunc fere modum.

Di.

Dignetur Eminentia vestra rescribere N. N. in Civitate N. pro tali Oppido N.

Sic autem casum proponet.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

N. Sacerdos contraxit irregularitatem ex homicidio occulto ab eo ob talem, vel talem causam clam tali modo patrato, vel provocato in persona hominis laici. Ab eo tempore non abstinuit ab exercitio Ordinum, vitandi scandali causa, vel ne se proderet; sive abstinuit, sed cum diu absque scandalo abstinere non possit, humillime supplicat pro remedio.

N. N. Contraxit matrimonium cum muliere, cuius matrem antea carnaliter cognoverat, confcius, vel nescius impedimenti (quod occultum est) quare, tum absque scandalo separari non possit, humillime supplicat pro remedio.

N. N. Moiber emisit Votum Castritatis perpetuae: sed cum adit, vel futurum esse perverte periculum incontinentiae, humillime supplicat pro dispenfatione ad effectum nubendi.

Sed cum innumeris sint casus, in quibus supplicari debet Eminentiss. Cardinali M. Poenitentiarum, innumera quoque sunt supplicationum exemplaria, pro quorum notitia haec indicasse sufficiat.

Denique, si in illo Oppido, seu Civitate, in qua Eminentiss. Poenitentiarum (ut praesertim) scribitur, non fuerint Confessores, Doctores in Jure Canonico, vel Magistri in Sacra Theologia, vel si adint, Poenitens non possit de facili induci eis aperire suam conscientiam; cum jam aperuerit alicui Confessorio non graduato; hoc ipsum in litteris missis ipsi M. Poenitentiarum significetur; quod idem significandum est, si Confessarius Gotticum characterem legere nesciat, quia (ut spero) de opportuno remedio providebitur.

Quod si forte aliquando tardaverit responsum Eminentiss. M. Poenitentiarum, tunc poterunt Confessarii seu Poenitentes iterum scribere, ut si forte fuit perperda prima epistola, altera ad manus Eminentiss. M. Poenitentiarum perveniat; & ex his, adjuvante Deo, praemissis omnibus incommodis providebitur, & animas fratrum nostrorum Deo nostro lucrabimur. Hortantur Parochi, & Confessarii, ad quos praesentes litterae pervenerint, suis Confessionariis illas asfigere, & aliis quantum poterunt rescribendo, live rursus mandando communicare pro animarum salute.

FORMULA I.

256 Eminentissime, & Reverendissime Domine.

N. N. vel verbo, & promissione matrimonii sublocutus est mulierem liberam, & cum ea actibus impudicis operatus est extra vase, ob recitatum promissionem consentientem; postea carnaliter cognovit ejus matrem conjugatam, nec nisi superveniens impedimentum, quod est occultum: Imo mater, & filia ita se proderet, ut neutra fieret delictum alterius. Deinde perfecte desloravit ad latam puellam sub eadem spe; & promissione matrimonii; quodque delictum (si autem est occultum) modo non potest absque scandalo, & periculo vitae, quod ex eisdem parentibus utriusque imminet, a promissione resiliere. Non absque scandalo, quia licet delictum sit emano occultum, tota tamen vicinia putat facta esse sponsalia, & matrimonium expectat. Non absque periculo, quia mulier relicta, & promissione frustrata, facilius in odium conversa, rem suis Barri, & de fratribus aperiret, ut novissime in casu proflus simili hie paucis ab hinc mensibus cum gravi & lethali damno contigit. Item cum ei Romam accedere non permitatur, tam qua est pauper, quam qua sic rem aperiret, facti vere poenitens, humillime, & in Jesu Christi vitibus supplicat pro remedio, & quam citius pro dispenfatione super affinitate in primo gradu contracta, & ad effectum contrahendi matrimonium cum eadem, cui illud promisit, tam ex mora grave & certum ei vitae periculum imminet.

Dignetur Eminentia Vestra rescribere N. N. in Civitate N. Interim Orator ad Eminentiam Vestra pedes humiliter provolvens, & pro eisdem incoluntate precans. Silet. N. die 12. Julii 1702.

FORMULA II.

259 Eminentiss. &c. ut supra.

N. N. contraxit sponsalia cum muliere libera, quam consentientem prius fuit spe matrimonii desloravit, cujusque matrem, & forem conjugatam antea carnaliter cognoverat, confcius impedimentum, quod est occultum; ac proinde cum absque scandalo, & valde gravi vitae periculo, quod ex eisdem parentibus immineret, a sponsalibus resiliere, vel in longum matrimonium protrahere non vime possit, atque ei Romam accedere haud permittatur, facti vere poenitens humillime, & in Jesu Christi vitibus supplicat pro remedio, & quam citius pro dispenfatione super affinitate ex duplici parte in primo gradu contracta, & ad effectum contrahendi matrimonium cum eadem,

C. 2. cum.

cum qua pramissa sponsalia inivit. Dignetur,
&c. ut supra.

FORMA DISPENSATIONIS
S. POENITENTIARIE.

160 **N** N. S. Romanæ Ecclesiæ Præbyter
Card. Discreto viro Confessori, Ma-
gistro in Theologia, vel Decretorum Doctore,
ex approbato ab Ordinario, per Latorem præ-
sentium ab infra scripto specialiter eligendo, sa-
lutem in Domino.

Ex parte Latoris presentium Nobis oblata pe-
nitio continebat, quod ipse alias in facie Eccle-
siæ matrimonium contraxit, & successive con-
sumavit cum muliere, cuius fororem prius
carnaliter cognoverat. Cum autem, sicut eam-
dem prætita subiungebat, dictus Lator propter
impedimentum ex pramissa proveniens, ne-
queat in dicto matrimonio remanere abique Sedis
Apostolicæ dispensatione, & separatim inter
ipsum & dictam mulierem fieri non potest ab-
solutio, ad id vitandum, ac pro sine con-
scientiâ quiete curat Lator à pramissa, que oc-
cultâ sunt, & de quibus plurimum dolet, per
Sacra Penitentiarie officium absolvi, secumque
desuper dispensari. Quare supplicari Nobis fe-
cit humiliter, ut sibi super his de opportuno re-
medo providere dignaremur. Nos igitur, qui
Penitentiarie D. Papæ curam gerimus, suppli-
cationibus huiusmodi inclinati, auctoritate Apo-
stolica Nobis specialiter concessa discretioni
tue committimus: quatenus, si est ita, dictum
Latorem, audita prius ejus sacramentali con-
fessione, à quibusvis sententiis, censuris, &
penis Ecclesiasticis, quas propter pramissa quo-
modo libet incurrit, ab incellu, & excessibus
huiusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ
confessæ: injunctâ inde etiam pro tam enormis li-
bidity excessu gravâ penitentia salutaris, ac Sa-
cramentali confessione peccatorum suorum, singulis
scilicet mensibus ut minimum semel, &
quoties animæ suæ saluti expedire judicaveris,
& aliis, que fuerint de jure injungenda. De-
mum, dummodo impedimentum ex pramissa
proveniens, sit occultum, & separatim inter
Latorem, & dictam mulierem fieri non possit
abique scandalo; ex cohabitatione vero, de in-
continentia probabiliter timendum esse, tibi vi-
sum fuerit, & aliud canonicum non obstat:
cum eodem Latore, ut dicta muliere de nullitate
prioris consensus certiorata, sed ita caute,
ut Latoris delictum nunquam detegatur, mat-
rimonium cum eadem, & utrique inter se de no-
vo, secreta ad evitanda scandalâ, pramissis
non obstantibus, contrahere, & in eo po-
tissimum remanere licite valeant, misericorditer

dispensans, prolem susceptam, si quæ sit, &
suscipiendam exinde legitimam decernendo, in
foro conscientie, & in actu Sacramentalis con-
fessionis tantum, & non aliter. Ita quod hu-
jusmodi absolutio, & dispensatio in foro judi-
cario nullatenus suffragetur; nullis super his
adhibitis testibus, aut litteris datis, seu pro-
cessibus confectis, sed presentibus latentiis,
quas sub pena excommunicationis læta senten-
tiæ lanari tenearis, stant nullum illarum exem-
plum extet; neque eas Latori restituis, quod
si restitueris, nihil ipsi presentibus littere suffra-
gentur. Datum Romæ apud S. Petrum sub si-
gillo officii Penitentiarie, 13. Julii, Ponti-
ficatus SS. D. Nostri anno

EXPOSITIO

261 **I**n qua re Innoc. XI. per Bullam incip.
Expone Nobis, editam die 27. Novem-
bris 1679. concedit Lectoribus Jobilatis Ordinis
Minorum de Observantia S. P. Francisci, qui
ut litteras Penitentiarie Apostolicæ Doctores
Artium, seu Magistros in Sacra Theologia
directas, recipere, aperire, & executioni man-
dare possint, & valeant.

Insuper ipse Executor debet esse Confessarius
approbatus ab Ordinario loci, ubi est Dispensa-
turus, qua dispensare debet in ipsa confes-
sione, in qua examinare prius debet veritatem ex-
positorum.

262 Pro forma absolutionis. Postquam dixit:
Absolve te à peccatis tuis, addat: *Et eadem
auctoritate declavo te in dicto matrimonio man-
nere, & debitum conjugale reddere posse, & de-
bere, nec non dispenso tecum, ut idem debitum etiam
exigere licite valeas: In nomine Patris, &c.*

Si absolvi debeat ab aliqua excommunicatione,
suspensione, &c. dicat: *Ego te absolvo à vinculo
excommunicationis, &c. quam incurristi, &c. propter hanc causam N. (si sit excommuni-
catus, addatur: Et restituo te Sacramentis
Ecclesiæ, & Communionis Fidelium: (si sit
suspensus) executioni tuorum ordinum, vel officiorum,
vel beneficiorum: In Nomine Patris, &c.*

263 Dispensatione peractâ debet lacere litteras,
præsertim sigillum, ut ad probandum fervire
non possit; alias excommunicationem majorem
incurrit. Busemb. lib. 2. tract. 2. cap. 4. post dub. 4. appendix Tamb. tom. 2. pag. 1.
& vide tom. 1. de Prudentia Confess. & de Impe-
dicationis in linea transv. in distantia inæ-
quali.

264 Dispensatus per Sacram Penitentiarie
in voto castitatis ad matrimonium contrahendum,
si dispensatio sit limitata, v. g. cum
matrimonium semel contrahendum, seu cum

Be-

Berta tantum, &c. tunc ea mortua reddi
obligatio voti, ac cessat onus poenitentia salu-
laris in dispensatione impositâ; quia poeni-
tentia est substituta loco voti; & accedente
principali, cessat substitutum. Si vero est il-
limitata, tenetur eam continuare; quia per
extinctionem obligationis voti factam per dis-

penationem continuatur substituto, & sub-
rogato.

265 Pro dispensationibus super impedimentis
dirimentibus matrimonium, si non sint oc-
cultâ, sed publica, recurrendum est ad Ca-
tariam Romæ, exponendo casum, & pauper-
tatem, si sint pauperes.

PARS SECUNDA.

De decem Præceptis Decalogi.

266 **N** Omne Decalogi venit sacrum volu-
men decem Præcepta divina complectens,
quæ habentur in Exodo cap. 20. quorum tria priora dicuntur, *prima Tabula*, septem posteriora, *secunda Tabula*, quatenus illa Deum, ista Proximum immediate respiciunt.

267 Decem Præcepta Decalogi sunt divi-
na naturalia, adeoque observanda etiam cum
periculo vitæ: v. n. 143. & 125. Alia sunt ne-
gativa, quæ prohibent aliquid fieri: hæc obligant
semper, & ad semper, ut *Non adorabis
Deos alienos, Non occides, &c.* alia positiva, quæ
præcipiunt aliquid fieri; hæc obligant semper,
non ad semper, sed ad locum, & tempus: ut
Honora parentes.

DE I. PRÆCEPTO DECALOGI,
Utrum cele Deum.

CAPUT I.
DE RELIGIONE.

268 **R**eligio est virtus moralis hominem in-
clinans, ut Deo debitum cultum exhiberet
tanquam omnium Creatori, & Domino.
Ejus actus tam interiores, quam exteriores
præcipui sunt; Adoratio, Sacrificium, Oratio,
Juramentum, Adjuratio, & Votum.

ADORATIO

269 **E**st actus quo alium reverentem, ipsi nos
submittendo tanquam Superiori in
recognitione suæ excellentiæ.

Est triplex: *Latria*, quæ est in Deum, ob
excellentiâ increatam: *Dulia*, quæ est in
Sanctos, ob excellentiam creatam commu-
nem: Et *Hypodulia*, quæ est in Beatissimam
Virginem, ob excellentiam creatam singula-
rem, ceteris supervenientem.

270 Hæc triplex adoratio, alia est absolu-
ta, quæ convenit Deo, Virgini, & Sanctis
per se venerabilibus; alia respectiva, quæ
convenit Crucis, Imagiibus, Vestibus, & fi-

Examē Ecclesiæ.

milibus ratione carentibus, quæ non per se
coluntur, sed propter aliud. Unde eorum vene-
ratio non sistit in illis, sed ad prototypum
referitur, cujus sunt imagines, aut quod repræ-
sentant.

271 Licitum est, votis, & alio cultu, privato
tamen, puta genuflexione, deosculatio-
ne, &c. ut privatam personam venerari se-
pulchra fervorum Dei eximie sanctitatis, de
quibus est indubitata miraculorum fama, Go-
bat 20. 3. de voto n. 401. quia id practicum legi-
mum cum illis, qui postea Sancti declarati sunt.

272 Non licet cultu publico, v. gr. ere-
ctione Altaris, Sacrificio Missæ, Horis Canoni-
cis, & thure, appendendo tabellas, lampades,
ceros accendendo, &c. velut personam publi-
cam, aut nomine Communitatis, quia id
prohibetur maxime ab Urb. VIII. qui etiam in
specie prohibet: *Eorum imagines in Ecclesiis,
aliquo locis publicis, ac etiam privatis, cum lau-
reolis, aut radiis, seu splendoribus proponi.* Al-
berghinus in *Man. qualif. cap. 30.*

273 Sacrificio Missæ Deum colunt Sacer-
dos, ac ceteri assistentes, & cum Sacerdote
offerentes. De eo actum est fuse in tom. 3.
De aliis Religionis actibus plenè agimus in
hoc primo tomo.

CAPUT II.
DE TRIBUS VIRTUTIBUS
THEOLOGICIS.

FIDES

274 **E**X Apost. ad Hebr. 11. *Est sperandarum
substantiarum rerum, argumentum non ap-
parens in; innoxium testimonium divinum.*

275 Primo, fideles, postquam ad usum ratio-
nis pervenerint, sub mortalibus, & necessitate
medi tenentur explicitè credere quæque:
1. Deum esse; 2. esse justum remuneratorem,
dantem premia iustis, supplicia malis; 3. My-

C 3

Re-